



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs LIX. Eripe me de inimicis meis, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Quām subitō hos rapiat feruor & ira Dei.
Gaudet iustus, conspecta vindice dextra,
Hostili tinget sanguine quando pedem.
Tunc homines dicent: sunt & suā p̄remia iustis,
In terris Iudex nam sedet ipse Deus.

PSALMVS LIX.

Eripe me de inimicis meis, &c.
Eripe me, Deus alme, & ab hoste tuere potente,
Qui ferus intentat tela necemq; mihi.
Eripe ab insidiis, qui cæde & sanguine gaudent,
Et vitam à reprobis assere quæso meam.
Namq; anima misera sua subdola retia tendunt,
Opprimere insontem viq; dolosq; student.
Me præter meritum cursu insectantur equisq;,
Tu mihi succurrens, me tueare tuum.
Qui regis Israël Dominusq; Deusq; Zebaoth,
Euigila, ut gentes visitet ira tua.
Non illis parcas, neq; te miseratio tangat
Ullius ex his, qui facta nefanda patrat.
Nocte sub obscura fædis latratis urbem,
Esuriens replete natio, more canum.
Murmura vana crient labiis, gladiosq; loquuntur,

P 3

Hæc

Hac tamen audiri nullius aure putant.
Tu risu excipies hos, subsannante Iehoua,
 Qui, qua consultant, nota tibi esse negant.
Ilorum vires metuens tua numina posco,
 Tu mihi semper eris, qui tueare, Deus.
Me tua præueniet bonitas mihi nota fidesq;
 Vis inimica mihi ne nocuisse queat.
Cum Deus hostiles conatus frangit & ausus:
 Gaudia vult animo conciliare meo.
Ne subito pereant, totum illos sparge per orbem,
 Ut populus videat commemoretq; meus.
Tu Deus & scutum nostrum, clypeusq; fidelis,
 Dispergas reprobos & loca adima feras.
Ore docent vanum, mens factu turget inani,
 Blasphemum est labium, dissidiisq; vacat.
Extirpa reprobos, nullo miserante, repelle:
 Non saturati etiam murmura rauca sonent.
Summe ego manet tuas vires de xtramq; potentem,
 De bonitate tua dulce melosq; canam.
Nam tu perfugium es, mea tu protectio firma,
 Cum miserum arumna, duraq; fata premunt.
Te mihi præsidium celebrabo carmine laudum,
 Tu mihi, ceu turris, propitiusq; Deus.

PSALM